



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 70. Mompenserii discessus ab arce Neapolitana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

irruenti obistere haud posset, promiscuo Sæcul. XV.
A.C. 1495.
ceterorum impetu abreptus est, ac cum
reliquis & ipse haud parum postremæ
aciei dissipationem promovit.

§. LXX.

*Mompenserii discessus ab arce
Neapolitana.*

Abs dubio Ferdinandus funditus periisset, quin etiam captus fuisset, si Precyus fortunam rebus suis propitiam fuisse scivisset; ast excitatæ pulveris nubes a vento circumactæ adeo oculorum aciem perstringebant, ut victoriam, quam sui milites reportabant, nec mente nec oculis assequi posset, quocirca integram referre palmam negligebat: interea vero Ferdinandus copias suas augendi tantum accipiebat spacium, ut quiete præstolari valeret, donec terminus ex arce discedendi Mompenserio concessus expirasset. Post hæc Neapolis Pro-Rex cum per geminam, quam Precyus mox reportasse contenderat, victoriam rerum faciem mutatam esse cerneret, se haud amplius datæ fidei religione teneri arbitrabatur; quapropter munimenta, quæ foris castrum novum cingebant, qua parte minus custodita essent, lustrat, suosque milites in unam aciem colligit, tantaque ferocia, qua majorem nec summa necis

Sæcul XV. nec victoriæ aviditas inspirare posset, in
 A.C. 1495. hostem irruit, ac per gladiorum acies e-
 rumpit, nonnisi quindecim, aut viginti
 fuorum desideratis; demum per ultimas
 cædes elapsus, San-Severinum versus se
 recepit, quod oppidum antea ab hoste
 captum deavo suis armis subjecit, nec-
 non & castra sua ad vicina loca extendit,
 hancque stationem adeo firmiter tenuit,
 ut inde haud facile propelli posset.

§. LXXI.

*Utraque Neapolis arx cum ceteris
 urbibus a Ferdinando oc-
 cupata.*

*Mariana
 hist. Hisp.
 lib. 26. n. 64.
 Comm. l. 8.
 c. 14.*

la Marc

*Raynald: hoc
 ann. num. 36.*

Ceterum Ferdinandus Mompenserium
 ultimis hisce conatibus manifeste da-
 tam deditiois fidem fregisse reputabat;
 unde perfidiam ulturus, quinque obsides
 sibi traditos neci dare animo constituit,
 imo etiam eos, ut animam ad mor-
 tem præpararent, admoneri iussit. Ho-
 rum nomina erant, Ivo de Alegre, Mar-
 chia, Chapella, Roquebertinus, & Gen-
 lis, omnes primæ Nobilitatis Gallicæ Vi-
 ri, consilio, manuque promptissimi, &
 ab ipsismet Ferdinandi Proceribus in ho-
 nore habiti, quapropter ejusdem Sena-
 tores Regi exponunt, horum Optimatum
 nece adeo non rebus suis consultum iri,
 ut